



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Theologiae Mysticae Sive Exercitiorum Spiritualium Admodum Reverendi Patris P. Aloysii Siderei, Alias Vincentii Caraffa, Societatis Iesv Praepositi Generali, Tomvs ...

ex Italico Latino recenter idiomate opera et studio fidelissimi cuiusdam
interpretis donatus

Iter ad coelum in quatuor partium Semitas seu partes, & Fasciculum
Myrrhæ

Caraffa, Vincenzo

Coloniae Agrippinae, 1660

Cap. 3. De octo proprietatibus sanctissimi sacramenti.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49363](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49363)

Caput III.

De proprietatibus sanctissimi Sacramenti.

Proprietas I.

Cibus animæ.

Quæ nutrit ad vitam æternam, quemadmodum pe-
nit & orat S. M. Ecclesia: *Cœlestibus, Domine pasti-
cibus, ad vitam, quæ sumus, nutriamur æternam.* Et
nutrit absque imperfectione cibi materialis: recipitur
namque in corpore nostro, non ut contentum, sed ut con-
suetudo, veluti anima spiritalis in materia: ac propter
et ut dirigens, gubernans & regens: ad eum modum, quo
Divinitas gubernabat & regebat Humanitatem Chri-
sti. Et conveniens erat, ut Christus, qui nos creavit, Clem. A-
nimam lactaret: quia Mater, quæ parit, & non lactat, non
integra, sed dimidiata Mater est. lex. Padag.
c. 6.

In Missa
S. Tho. in 4
dist. 9. q. 1.
art. 1.
Clem. A-
lex. Padag.
c. 6.

Proprietas II.

Cibus verus.

Caro mea verè est cibus. Quod intelligitur, non Ioan. 6.
quantum ad naturam; sed quantum ad effectum & ex-
tensionem, in qua superat quemcumque alium cibum ma-
teriale: etenim hic solum nutrit vitam corporalem &
temporalem; at cibus Sanctissimi Sacramenti nutrit et-
iam vitam spiritualem animæ, ac tribuit vitam
quandam Divinam & æter-
nam.

Proprietates III,
Cibus spiritualis.

Joan. 6.

S. T. in 4.
dist. 9. q. 1.
q. 1.

Spiritus est, qui vivificat. Nam Caro Christi cibus est, non tanquam sola caro, sed veluti caro unita virtuti Divinitatis Christi: quapropter est cibus, qui vivificatur ad resurrectionem mentis, ubi per gratiam recipitur Divinitas. Et hic est principalis ac ultimus sanctissimi Sacramenti effectus: sanctificare & quasi Deificare animam Divinitate.

S. T. loc. cit.

Proponit S. Thomas dubium aliquod huic propositioni valde accommodatum, & est: *Refectio mentis in partem per visionem*: ergo Corpus Christi debet dari *videndum & non manducandum*, ut sic figura correspondeat *figura*. Respondet, visionem beatam non tantum esse intentionalem; sed etiam realem, quia res visibilis *habetur unitur*, & hac unio realis significatur representaturque per unionem Sacramentalem.

Proprietates IV,

Cibus necessarius.

Primò, quia sicut cibus corporalis est necessarius ad vitam corporalem, nec vllus vitam debet carere potest; ita nec spiritualis vita gratiæ obtineri potest, nisi

que eo quod desideretur cibus spiritualis sanctissimi Sacramenti. Et sicut anima vita est corporis, sed non vivificatur sine cibo corporali; ita Deus vita est animæ, sed non Deificatur sine cibo spirituali, ait Augustinus.

S. Tho. 3. p. q. 13. art. 3. Secundò, quia reliqua omnia Sacramenta ordinantur ad sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum tantumquam media ad finem, & omnium Sacramentorum perfectissimum; ergo in omnibus Sacramentis implicite includitur

notum, scilicet, desiderium & ordo ad Eucharistiam, ac
proinde infantes, quemadmodum in voto Ecclesie reci-
piunt Baptismum; ita etiam in voto eiusdem Ecclesie
recipiunt sanctissimum Eucharistie Sacramentum: vel
ut expresse quoque vult S. Augustinus.

Lib. 4. de
Pelag. c. 22.
S. Tho. q. 16.
art. 3.

Tertio, Quod est per participationem tale, per se ordi-
natur ad id, quod est per essentiam tale; Sanctissimum
Sacramentum continet Christum per essentiam, cetera
Sacramenta per participationem, cum contineant gra-
tiam Christi. Ergo cum suscipitur Baptismus, suscipi-
tur quoque voluntas & desiderium Sacramenti: & hoc
votum seu desiderium iuxta S. Thomam non est per
accidens ad supplendam rem; sed per se: quia concurrit
tanquam finis: ergo debet per se appeti, & cetera propter
ipsum. Igitur secundum S. Augustinum & S. Thomam
sanctissimum Sacramentum necessarium est, non tantum
necessitate precepti, sed etiam necessitate medii, in re, vel in
voto, modo iam explicato: & quia necessarium est in
voto, nonnunquam etiam necessarium est in re pro tem-
poris opportunitate. Quod hucusque dictum est de
spirituali hoc cibo sanctissimi Sacramenti, non inveni-
tur in aliis cibis materialibus seu corporalibus, qui con-
uertuntur, at non conuertunt, non nutriunt, nisi in re: ut
cibus Eucharistie, quia conuertit, & non conuertitur,
concurritque tanquam finis; nutrit solo voto aut desi-
derio: solo namque desiderio possumus nos unire Chri-
sto, & in eundem possumus conuerti, facti concorpo-
ra & consanguinei Christi.

S. Thom. 2.
sup.

Neque dici potest, orationem, ceterosque virtutum
actus esse quoque cibos anime: quia non sunt cibi ex
institutione Christi, veluti sanctissimum Sacramentum,
suntque cibi solum per participationem, qui non causant
nisi cum ordine & dependentia a cibo per essentiam,
qui est sanctissimum Sacramentum, modo
supra declarato.

(o) De

g s Pro

Proprietas V.

Panis Vitæ.

Ioan. 6.

Ego sum Panis viuus. Quod intelligitur duobus modis: primò, intransitiuè, veluti loquuntur Theologi, videlicet. *Ego sum panis vita, ego sum via, veritas & vita.* Secundò transitiuè, quia est causa veræ vitæ gratiæ & gloriæ. Ad eundem modum intelligitur illud, quod ait Christus: *Ego sum panis viuus, id est, substantialiter & causaliter.* E huius exemplum subdit S. Cyrillus: quemadmodum frustulum panis alicui liquoris intinctum, totum imbibit naturam & qualitatem talis liquoris; Sic Verbum Dei coniungens se proprie carni, facit illam vivificatricem.

S. Cyrill.

Luc. 22. in

Cat. D.T.

Proprietas VI.

Cibus permanens.

Ioan. 6.

Operamini non cibum, qui perit, sed qui permanet vitam æternam. Quod pariter intelligi potest de cibo hoc Eucharistico, in quantum est Sacramentum secundum effectum principalem communicationis Diuinitatis: nam consumptis speciebus Sacramentalibus recedit Humanitas, ac remanet Diuinitas in animis communicatur. Vnde post sacram communionem magna deuotione & reuerentia te semper conferes: necesse est: non enim elabitur sanctissimum Sacramentum; sed permanet quantum ad vltimum effectum dictum est. Et si non continue mediante communicatione possidemus Corpus Christi; tamen continue possidemus Verbum Dei, ut inquit Irenæus.

Iren. lib. 4.

cap. 74.

Irenæus.

Proprietas VII.

Memoriale Passionis.

Quia tamen in re in sanctissimo Sacramento sit Christus gloriosus, sicut est gloriosus in celo; nihilominus in memoria continet ipsum Christum passum Et ait. fuit principalis causa institutionis sanctissimi Sacramenti: etenim absque fide Passionis nunquam potest esse salus. Quem proposuit Deus propitiatorem per sanguinem ipsius. Quolibet igitur tempore conuenienda erat haec memoria, & tempore legis antiquae Paschali, & tempore nouae legis in sanctissimo Sacramento.

S. Tho. q. 73
Et ait. 5.
Rom. 3.

Proprietas VIII.

Panis B. Virginis.

In Proverbiis ait sanctissima Virgo: Venite, comedite Panem meum. Suus est sub triplici titulo.

Primo, quia est effectus suorum viscerum, suae carnis, sanguinis sui. De carne Maria carnem accepit, & ipsam nobis manducandum dedit.

S. Aug.
Psal. 98.

Secundo, quia, ut asserunt SS. Doctores, finis Principalis, quem habuit Christus in institutione sanctissimi Sacramenti, fuit, ut posset se communicare Matri, ac magis intrare sacra Virginis viscera: & magis propter solam Virginem, quam propter alios omnes venerabile instituit Sacramentum. Totus namque thesaurus Virginis, quamdiu vixit interris, erat sanctissimum Sacramentum, utque sacra se reficeret, saepe Sacramentali, saepe Spirituali. Et, ut

Gerfontz.
9. sup. 1143
gnif.

asserat Gerson, ipsa prima omnium extitit, quae suavitudo sanctissimo Sacramento in cenaculo instituto, spiritualiter domi suae se communicauit. Quamuis alii asserant, quod eo tempore Christo adfuerit in cenaculo, & in loco separato simul cum aliis



Barrad.
Tom. 4. lib.
1. c. 17.

aliis mulieribus sacram suscepit communionem per manus S. Petri Apostoli. In tribus actionibus & Viggo collocarat totum suum bonum, ibidemque eundem reperiebat consolationem: in exercitio Diuinae contemplationis, in conuersatione cum Christo habitâ, & in frequentanda sanctissimi Sacramenti communione.

Caput IV.

De effectibus Venerabilis Sacramenti.

S. T. in 4.
Dist. 12. q.
2. art. 1.

TRes, iuxta S. Thomam, dantur cibi corporalis effectus. Primus & principalis est conuersio actiua, si superat virtutem personae, quae cibatur, aut passiva, si superatur. Ex huiusmodi effectibus possunt conuenire alii, & sunt: reparatio & augmentatio: siquidem virtute caloris naturalis exercitioque operationum corporaliu restauatur totum id, quod de bono radicali consumptum est, nec non viuens ipsum crescere facit ad debitam usque magnitudinem suam, quantitatemque naturalem. Eisdem prorsus effectibus satisfactissimum Sacramentum in spiritali vita operatur. Primus est, ut conuertat, & non coarctetur in maiorem, infinita quippe virtutis & valoris est: ut secundum dictum D. Augustini, *non mutatur, sed augetur*. Primum hunc effectum principalem sequuntur duo alii, quorum, quod reparat, reficiatque totum id, quod in seruire charitatis assumptum est per fomitem concupiscentiae externasque occupationes; & ad augendumque vitam gratiae augmento nonae gratiae ad perfectionem & quantitatem gratiae sine termino.

Ut primus, à quo caeteri dependant, declaratur effectus, considerandum est, quod media Sacramentali ratione sacratissimum Christi Corpus verè & realiter operatur corpori nostro per species sacramentales: & hoc contactus physicus & corporalis, quia efficax est. Operatio, est causa & principium omnis nostri boni effectus.